ipse inter omnia tormentorum genera nunquam ab inuocacione nominis ihesu
cessaret. Tortores dixerunt Cur hoc nomen replicas. Ait quia scriptum
habeo in corde meo. Et ideo ab eius inuocacione cessare non possum
Qui post mortem eius cor euellunt et scindentes per medium
inuenerunt hoc nomen scriptum aureis litteris in corde suo. Et uidentes
multi crediderunt. Item aliud exemplum. Legitur eciam quod semel quidam — Exm
paganus ad fidem conuersus et fuit xpianus quem demones et inuidentes
cum mira in festauerunt et uisibiliter libauerat. hic ergo conuersus est
auida uice facto quod ei consilium dedit ut hoc nomen ihesus scriberet in corde
angelus ... in pectore. quo facto adhuc demones adeunt ue-
nerunt clamantes non tamen audebant accedere ad illum sed steterunt
alonge clamantes ha ha ihesus. Qui uidens uirtutem huius nominis
ihesus fecit hoc nomen sculpi in ferro et applicauit id longa cuspidi et cum
demones uisibiles uenerunt cuspidem contra extendit et statim confusi
eos recedere optabat. At penitus ab eis penitus ab eis liberatus
est uirtute huius salutiferi nominis ihesus. Ecce hoc nomine visitat
id Iohel 2º Omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit etc.
Dulcedinem eciam huius nominis ihesus bene gustauit sanctus paulus
qui in ipsius epistolis hoc nomen bene quingentis uicibus nominat. Hoc signum fuit
magne dilectionis quam habuit ad signatum per hoc nomen ihesus. Quidem
eius dilectionem usque ad mortem ostensa est. Nam amputato capite eius
fecit tres magnos saltus et clara uoce clamauit Ihesus xpus et in quolibet
loco erupit fons et dicuntur fontes sancti pauli